



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Trias Romana Hulderichi Hutteni Equitis Germani Et  
Poetæ Laureati**

**Hutten, Ulrich von  
[Dusseldorfii], 1588**

**VD16 H 6411**

Ad Lectorem De Triade Romana Epig. Huttenicum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35424**

# AD LECTOREM DE TRIADE

Romania Epig. Huttenicum.

Cernis, ut Ausoniæ lector. trina omnia Romæ  
Infatuent homines, conscelerentq; Deum.  
Cernis, ut ejecto post multa obstacula Petro,  
Impostor victa regnet in urbe Simon.  
Cernis, ex illudi Christo, sacrumq; vocari  
Furta Palatini mystica pontificis.  
Cernis, ut occæcent deceptum oracula mundum,  
Sæpe nova Ausonidum condita fraude patrum.  
Et quæ Teutonicum versutia devehat aurum,  
Quæ Roma externas arte sequatur opes.  
Tot prædas, variosq; dolos, miramq; sacrorum  
Decipulam obducta religione tegi.  
Et nusquam minus esse fidem, quam possidet illa,  
Præscribit fidei, quæ fibi Roma caput.  
Cernis, honoratas fraudi concede leges,  
Et figmenta sacri juris habere locum.  
Cernis, agi, ferrig; Deum, fieri omnia cernis  
Spelucri, et cæli gaudia cernis emi.  
Ut tremeret castos scelerata pecunia mores,  
Cernis emi, ut possis vivere prava sequens.  
Palla, datamq; fidem corrupti, et fædera solvi,  
Utq; adjurato decipiare Deo.  
Facta infecta dari, misceri sacra prophanis,  
Tum si quid Christus præcipit, esse jocum.  
Omnia Romanas (breviter) pervertere bullas,  
Semen et innumeris spargier inde malis.  
Quæ cum ita sint, veras opus est defendere leges,  
Obviaq; impositis provehere arma dolis.  
Et deceptorem secludere ab urbe Simonem,  
Proditaque admisso reddere jura Petro.

JACTA EST ALEA.